

3. Ita quæri potuit (sed nihil respondentे Ptolemæo) quare in magnis orbibus sint tam exigui epicycli, & quare in paruis orbibus tam immanes: hoc est, quare προθαφαίγεσις Martis sit maior Iouâ, & huius maior quam Saturni? Et cur non Mercurius etiam maiorem, quam Venus, habeat, cum sit inferior Venere; siquidem quatuor reliquorum semper inferior maiorem habet? Hic facilis est responsio. Mercurij enim & Veneris veros orbes, veteres epicyclos esse putarunt. Mercurij autem, ut velocissimi, minimus etiam orbis est. Superiorum vero ut cuique Telluris orbis proprius est, sic maiorem ad eum proportionem habet, & maior apparent. Mars igitur proximus habet maximam æquationem, Saturnus altissimus minimam. Nam si oculus in  $\gamma$  constitueretur, ei orbis  $\pi$   $N$  videretur sub angulo  $T \Delta V$ . At si in  $L$  esset, idem orbis videatur sub angulo  $R \Delta S$ .

4. Pariter non iniuriâ mirati sunt veteres, cur tres superiores semper in oppositione cum Sole sint humilimi in suo epicyclo, in coniunctione altissimi: ut si Terra, Sol &  $\gamma$  sint in eadem linea, quare Mars tum non possit in alio loco epicycli esse, quam in  $\gamma$ . In Copernico causa facile redditur, Non enim Mars in epicyclo, sed terra in orbis suo hanc varietatem causatur. Hinc si terra ex  $A$  in  $B$  discesserit, solerit inter  $\gamma$  Martem &  $B$  Terram. Ettum Mars videbitur in Epicyclo ex  $\delta$  in  $\gamma$  ascendiisse. At Terra in  $A$  existente, quod est punctum ipsi  $\gamma$  proximum:  $\gamma$  Mars & Sol videbuntur ex  $A$  in iucem oppositi. Atque haec sunt, quæ ex tabula ad oculum demonstrari possunt.

Iam deinceps consideremus etiam eccentricitatem huius orbis. Copernicus facit Apogæum Solis (vel Terræ) ut & cæterorum moueri, non per deferentes, sed per epicyclum paulò tardius orbis suo ad initium rediens. Hic motus Apogæi etiam aliquid infert in motibus cæterorum Planetarum. Nam Ptolemæus cæterorum eccentricitates computat à centro terræ: quod si centrum Eccentrici Telluris & Apogæum per consequentiam signorum discesserint in aliam partem Zodiaci, relictis post se aliorum Apogæis tardioribus; accidet aliqua mutatio eccentricitatum in planetis cæteris. Hoc valde rursum mirabitur Ptolemæi Astronomia, atque ad confingendos nouos orbes configuet: quibus demonstret, haec ita fieri